

oder fast in der Ebene des Peristomiums gelegen, der Schnabel reicht an das Ende der Mittelhüften (bei anderen Arten derselben Gattung bis an die Spitze der Hinterhüften). Die Pronotumspitze ist zwischen und vor den Schwielen glatt.

Die Art variiert in der Farbe von gelblich rötlich bis nelkenbraun. Ich gebe hier eine allgemeine Diagnose und Beschreibung der Varietäten:

*L. rubecula* (UHL.):

Oblonga, nitida, superne pallido-pubescentis, colore variabilis, plerumque autem linea media longitudinali capitis, strictura apicali, linea media longitudinali margineque basali pronoti, hoc tenuissime, apice saepeque etiam linea longitudinali scutelli lividis; capite basi pronoti circiter  $\frac{2}{5}$  angustiore, a supero viso pronoto vix dimidio brevior, vertice oculo duplo (♀) latiore; antennis fusco-testaceis vel nigro-piceis, articulo secundo interdum medio late testaceo, articulo primo capite ab antico viso circiter  $\frac{1}{3}$  brevior, secundo primo saltem duplo et dimidio longior et margini basali pronoti aequae longo, tertio secundo paulo minus quam dimidio brevior; pronoto latitudine basali circiter  $\frac{1}{3}$  brevior, lateribus ante medium leviter sinuatis, callis transversis, convexis, nitidis, tertiam apicalem partem haud superantibus, disco postico fortiter rugoso-punctato; scutello sat dense transversim subtiliter strigoso; hemielytris abdomen sat longe superantibus, sublaevibus, clavo obsolete subtiliter punctato. Long.  $5\frac{4}{5}$ , lat.  $2\frac{1}{5}$  mm.

✓ *Var. α lurida*: Tota cum antennis pedibusque lurida, apice scutelli albido-flavo, cuneo apice oblique ferrugineo, membrana dilute flavicanti-hyalina, venis luridis. ♂.

Lake Placid, N. Y., d. 8 decembris 1904, D. VAN DUZEE.

✓ *Var. β rosacea* (UHL. in litt.): Pallide testacea, superne rufotestacea, saepe corio basi et limbo costali cuneoque pallidis, hoc apice oblique ferrugineo; antennis pedibusque flavo-testaceis, illis apice articuli secundi ultimisque nigro-fuscis, femoribus saepe rufescenti-testaceis; membrana cum areolis griseo-fumata, venis pallidis, macula ad apicem cunei hyalina.

*Noeborus rosaceus* UHL. in litt.

Chicago, Ill., D. W. I. GERHARD, comm. D. HEIDEMANN; Colorado, D. BAKER (Mus. Hung.)

*Var. γ*: Clypeo, callis pronoti scutelloque, apice hujus lineaeque mediae exceptis, picescentibus, clavo corioque interne infuscatis; cetero ut praecedens.

Canada, comm. D. BAKER.

*Var. δ infusata*: Ut var. α, sed clypeo vittisque duabus frontis latis piceis; articulo secundo antennarum etiam basi piceo; clavo, apice excepto, corioque infra medium interne caryophylleo-fuscis. ♂.

Colorado, D. BAKER (Mus. Hung.).

✓ *Var. ε obscura*: Inferne cum rostro et pedibus pallide livida vel albido-flavens, vitta marginali corporis utrinque sat lata piceo-nigra; capite cum antennis piceo-nigro, macula apicali utrinque juxta clypeum, vitta media marginibusque orbitalibus frontis albido-lividis; pronoto hemielytrisque fumatis, illo strictura apicali lineaeque mediae longitudinali albido-lividis, callis piceo-nigris, nitentibus; scutello piceo-nigro, marginibus lateralibus basin versus lineaeque mediae longitudinali percurrente albido-lividis; hemielytris nigricanti-fumatis, margine costali